

vel pretendit condemnatus, constituto de eo iure, sum-
matim prius poterit eam actionem personalem inten-
tare contra debitorem negantem, via ordinaria, &
contra suo iudice competentem, ex Covar. & ceteris
allegatis modo prout contra illum suis creditor con-
demnatus poterat experiri, non aliter iste est text. ex-
pressus in leg. final. ibi, In solutum nomine debitoris
dato, non aliter, nisi mandati actione, ex persona sui
debitoris, adversus ejus debitores experiri potest suo
autem nomine utili actione recte utetur, C. quando
fiscus, vel privatus, leg. negantes debitores, ibi, convic-
tos autem condemnari, ac juris remediis ad solutio-
nem urgeri convenit, &c. C. de actio & oblig. & l.
etiam, juncta l. eos, C. de executione rei jud.

Et ideo nota, quod in propositum dicit idem Bal.
253 dicta leg. etiam n. 3. ibi Sed si debitor negat, sed pri-
vatim convincitur de mendacio per publicum instru-
mentum responderetur, nec tunc fiet executio secundum
gl. Alii dicunt, quod imò tunc dicas, quod aut potest
convinci per instrumentum, quod habet executionem
paratam, ut per instrumentum sententia, vel juris ju-
randi, vel more Tuscorum per instrumentum gaurenti-
giz, vel more Perusinorum per instrumentum confes-
sionatum, & tunc fiet executio, negatione non obstante
quia non requiritur strepitus iudiciorum instrumen-
tis exequibilibus, vel post rem iudicatam: aut tale in-
strumentum non habet paratam executionem, & tunc
quia lis sub iudice esse potest, negatio rem debitam
facit, ac ideo inexecutablem. Ita debet intelligi quod
notatur in leg. 2. supra quando fiscus vel privatus. Hæc
ille, quo quidem insuper convincitur evidenter Surd.
& ita etiam loquuntur cæteri Doctores ad prin. hujus
art. citat. n. 24. quod est indubitabile.

Et postquam hæc ita scripta habui, inveni Parlad.
lib. 2. rerum quot. c. fi. 5. p. s. n. 45. tangentem nostram
questionem resolvensque ex leg. a divo Pio sic quoque
ff. de re jud. per quam ita ait, nomen debitoris in cau-
sam iudicati capi non posse nisi quando alia bona de-
bitor constreatur debitum non si neget, (sequitur, &
facit, quid ergo si debitor malitiosè neget, & interest,
an negatio evidenter malitiosa sit, an secus, nam si ma-
nifesto malitiosa ut puta quia constat, de debito, aut
per rem iudicatam, aut per contractum gaurentigium,
executioni locus erit, non ita distinguunt Immol. Alex.
Paul. & Ill. in d. sic quoque. Hæc ille, qui quidem ite-
rum ibid. sequitur, & facit ad propositum illius, quod
ultimo loco nostræ difficultatis à n. 51. diximus, ut sci-
licet quod si nomen creditori detur in solutum, tenebitur
ille hanc alium debitorem noviter conveniri ex
utili actione, sibi ex adjudicatione nominis acquisita,
juxta d. §. sic quoque, ubi. B. & gl. in l. 1. C. de præ-
pignore, in quo debet iuris ordo servari, l. 1. C. de
jur. hasta fisco. & Saarez in l. post rem q. 2.

255 Quæ regula primo fallit in annuis pensionibus, si-
quidem in illis ac immobilibus directo & indistinctè
256 executio locum habebit secundum Bal. in l. etiam, C. de
execut. rei jud. Alex. & Ill. in d. §. sic quoque. Parl. ubi
proximè n. 44. Secundo, fallit in pecunia debitoris,
quæ apud argentarium, vel depositarium sit; quia
pariter executio locum habet, probat text. in d. l. a divo
257 Pio, ff. de re jud. Parlad. ubi proximè n. 45.

Ad presentis capituli materiam aliqua sunt consti-
tuenda regulæ quibus executoriales inter alios expe-
dite, aliis, etiam minimè ad eorum processum vocatis
præjudicent vel non, &c. ut facilius detegatur, an exe-
cutores excessum hunc de persona ad personam commi-
serint, vel non, & ut per consequens, an ab eo appella-
tioni emissæ quando deferendum in supremis pratoris
declinabitur, juxta quæ ad prin. hujus capituli dicta re-
manent & ad cognoscendum, an executoriales expe-
ditæ contra patrem in adventitiis filii, Prælatum in

bonis Ecclesiæ tutorem, aut alios legitimos administra-
tores possit exequi adversus filium, Ecclesiæ, minores,
& similes absque metu excessus, & an possit impedire
executionem hujusm. ratione sui juris contra factam

Et prima regula constituenda est, ut sit animadver-
259 tendum, quod ipso iure ipsi administratores legitimi &
comparuerint in iudicium, & in progressu causæ agen-
do, vel deferendo, nam ad hoc ut acta, & processus &
iade executoriales contra se lata possint nocere præ-
bendis, filius, & similibus, debet in libello inferi nomen
administrationis legitimæ, ita docent B. in l. 1. ubi Ang.
n. 7. ad ff. C. de bonis maternis, ubi dicunt, quod pater qui
est à lege legitimus administrator bonorum adventi-
riorum, tam in agendo, quam defendendo filii, juxta
l. 1. C. de bon. mat. & l. cum oportet, §. non autem, C. de bon.
quæ liberis; tenetur hanc qualitatem legitimi adminis-
tratoris inferere in libello, idem B. in l. part. qui castr. 261
n. 2. ff. de castr. pecul. & in l. infans. n. 2. de iure li. Vetr.
de Anc. in c. accessorium, c. 14. vers. quid si excommunic.
de reg. jur. l. 6. Tiraq. de retra. lignag. §. 10. gl. à n. 3.
per text. in l. 2. §. sed si forte, ibi, vel vir, uxoris nom. (&
iterum, §. ad quod de tutore ibi, non tamen quasi tutor.)
ff. jud. solut. Bar. in l. si verò in pr. ff. de sol. l. exigendi, C.
de procur. ibi. actionem Patris nomine dirigat, &c.
Maris. Soc. in c. 1. col. 37. vers. 15. quæro, de lib. oblatione.
Fel. in cum olim col. 4. sub. n. 4. vers. quo autem nomine.
de rest. Fulg. in d. l. 1. n. 7. & cum eo Corneus n. 3. &
Faber ibi; dicentes, quod verba libelli referenda sunt
ad personam filii, Matth. de Afflic. l. 2. consir. rub. 9.
n. 1. 2. ad ff. gl. quæ idem voluisse videtur in l. cum dos 7.
verbo produc. ff. de patris dotal. & dicit Bar. in d. l. 1.
ex comuni practica nominari solet patrem & filium.

Nam si hæc qualitas administratoris amittatur, in 263
dubio videtur actum facere & causam proponere no-
mine proprio, non alieno, l. magis ff. de solut. & l. Pa-
pinia. & ibi gl. & Alberic. ff. & mandati. l. pro hered. ff.
acquir. hered. l. si ita stipulatus fuero, §. Chrysoyon. & ibi
B. ff. de verb. oblig. quod pulchrè, & scienter declarat
Marc. Soc. in c. 1. 7. ar. pr. q. 6. de libelli oblatione, facit
etiam text. in l. 1. §. ff. de novi oper. nuntia. l. 1. de off.
proc. Cef. & quod tradit gl. in l. sciendum, §. tutor in ver-
bo habent ff. qui satisd. cogant. & quod scribit Joa. Andr.
post Guid. Tusc. in add. ad Specul. tit. de conjuncta per-
sona §. 1. c. 1. Tiraquel. de retra. lignag. §. 10. gl. unio. n. 264
3. fol. 273. quod tempera prout infra à n. 285. Sicut è
converso, quando qui dicit actum agens, Titius pater,
seu procurator, negotiorum, gestor, rector, vel admi-
nistratores, tutore Titii duntaxat, absque alia expres-
sione, sed hac adhibita solummodo qualitate, intelligi-
tur agere nomine alieno, non suo, text. (qui loquitur
in instatore) in l. ult. & ibi B. (qui etiam trahit ad pro-
curatorem) ff. de instir. actio. & voluit gl. in l. quacumque
in verbo procurat ff. de procur. & B. in l. 3. §. sed & si cum
tutor ff. jud. & in l. 1. §. nunt. solut. 2. vers. aut opponit in
nomen ff. de oper. non nunt. Alber. in rubr. C. de procur.
num. 4. & in l. 1. ad ff. ff. de adm. tuto. ubi loquitur
de tutore, Bal. in l. 1. in si C. de sent. & interloc. Mar. Soc.
in d. c. 1. in 7. art. prin. q. 6. de libelli obl. & in eo qui tan-
quam maritus agit, idem voluit Bal. in cap. constitutus,
vers. quæro cum gl. de proc. quos, & alios nuncupatim
sequitur Tiraq. ubi supra n. 4.

Et ex hac doctrina per Bart. ubi proximè, idem de 265
ducit, & probat Fel. in d. c. cum olim, de testib. sub n. 4. d.
vers. quo autem nomine. &c. quod prælati Ecclesiasticus
agens, vel defendens in iudicio Ecclesiæ super ejus
bonis tenetur agere, & causam proponere nomine Ec-
clesiæ, non autem nomine suo proprio. Ita dicunt ibi
Innoc. & ceteri. & Lapus allegat. 5. 2. Speculat. in rit. de
proc. §. ratione quoque constituentis vers. quid si aliqui; &
Archid. in c. non liceat 12. q. 2. Immol. in clem. 1. n. 7.
col. de rescript. & communiter tradi solet in cap. si. de
dilat. qui omnes idem intelligunt in procuratoribus, & 266
aliis.

aliis, qui agunt & defendunt Ecclesiæ, vel in defec-
tum, vel negligentiam Prælati, pro quibus etiam facit
text. cum materia in cap. quoniam Ab. de off. delegati, &
in l. ff. quod cuiusque universit. nomin.

267 Pro iis etiam est text. elegans in l. tutorem ff. de his
quibus ut indignis, quo expressè probatur, ut processus
& sententia, & acta cætera gesta per tutorem nomine
pupilli, non præjudicant, nec obsunt juri cõpetenti ipsi
tutori, quod suo proprio nomine in iudicium non de-
duxit, & sic solum obitat pupillo, reddens text. rationem
ibi; discreta enim sunt jura, quamvis plura in eadem
persona devenerint, aliud tutoris, aliud legatarii, & cū
non sua personæ iure, sed pupilli accusaverit, propriam
penam mereri non debet, &c. facit frequens in fin. cum
ibi notatis per Joan. Andr. Ex quibus dixit post alios
Van in tract. de null. sent. ex defectu mād. quod si aliquis
constituerit procuratorem dicens, ego Titus rector
talis Ecclesiæ constituo procuratorem Sempronium ad
agendum adversus P. super causa domus suæ Ecclesiæ,
quam movere contra illum intendo, &c. & ad alias
omnes causas ad Roma. Cur. legitime devolutas, & ad
omnes, &c. procurator istius mandati vigore non
268 poterit pro me agere (dempta causa, in qua specialiter
constituitur) nec comparere, nisi dumtaxat in causis,
quarum exercitium competit mihi constituto, uti
illius Ecclesiæ rectori, non tamen in causis patrimonii
mei, & mihi tantum respectu meæ personæ, vel respectu
alterius officii; aut dignitatis competentibus, quia
inspicitur quo jure constituerim procuratorem, & sic
ut rector Ecclesiæ. Arguid. cobel. 5. incipit generale,
circa medium, & 548. concl. quod si, &c. & cond. 423. si
monachus. Decias conf. 77. col. 2. vers. sed tamen iis l. 1.
269 & clarius per Rom. conf. 83. tribus in princ. quibus qui-
dem etiam dicunt quod si constitutus non potest, nisi
uno jure constituere, simpliciter constituendo, videtur
eo nomine constituere, quod potest videlicet nomine
officii seu administrationis quam habet.

270 Quibus rectè convenit, quod singulariter tenuit Lud.
Rom. conf. 446. & conf. 496. in 1. dub. quem exaggerans
sequitur Muran. de ord. jud. 4. p. 16. an. 17. fol. mihi 142.
Tiraq. de retra. lignag. §. 10. gl. unio. & 7. fol. 173. &
in noviori impressione fol. 374. ubi multa accumulata,
quod quando maritus, qui ut talis & legitimus admi-
nistratores potuit comparere in iudicio, & eo jure omisso
comparuit tanquam procurator tutoris, cum in rei veri-
tate non haberet mandatum, processus, & iudicium nul-
lum erit, nec salvabitur illa alia via legitimi adminis-
tratoris, eique imputatur, quare talem viâ elegit, agen-
do, ut procurator, & loquendo in conjuncta persona.
Idem etiam tradunt Bal. & Sadic. in 1. ille col. 1. vers.
ulterius oppono iste col. 2. vers. oppono quod etiam, & ibi
quoque ab Anton. Alex. C. de procur. per ea quæ notat
gl. ibi. filius in gl. ult. ibi, vel hic prætor, ff. qui satisd. are
cogantur, ipse Bal. in nonnulli, col. 2. vers. nota si qui in-
petrat, & ibi Barb. in §. sunt & alii Felin. col. 14. vers. li-
mit. 2. de refer. Bal. in c. ex par. de can. col. 5. sed quid
si conjuncta. Alex. & Ill. in l. exigendi, col. 2. in ult. fal-
lent. hic col. 3. in 6. fallen. C. de procur. & ibi Ill. & a id
facit optimè l. 3. §. sed & si forte ff. judic. soluti.

272 Obiter adnotandum, quod maritus pro uxore potest
agere sine mandato, & sine cautione de rato in rebus
paraphernalibus, vel eum cautione in ceteris rebus (de
dotalibus non loquor, in quibus maritus jus habet
uberius, l. doce ancillam, C. de rei vind. cum simili.)
sed quæ de aliis dixi notantur in l. 3. §. sed & si ff. judi-
catum soluti, & in l. 2. maritus de procur. & in c. constit.
eod. rit. & ubique gl. & DD. & latè Alex. conf. 42. super
præmiss. col. 6. vers. nec obstat quod dicta bona lib. 1.
Corn. conf. 190. ad evidentiam col. 3. lib. 3. Tiraq. de
retra. lignag. §. 10. gl. unio. & 1. n. 1. qui sequitur
Coneum, plus dicit, quod maritus censetur habere
mandatum, ad administranda bona paraphernalia, per
Salgado de Protect. Reg.

textum (quem dicunt ad hoc singularem) in l. si ego §.
per. & ult. ff. de jure domini.

Hinc est, quod licet is qui primum locum obrinet 273
defensionis, quando patitur, ut alius quem negotium
tangit, secundario & in consequenti agat, & litem
tractet, sibi scienti præjudicet sententia lata, l. sepe, ff. de
re jud. text. in c. pen. cod. tit. Jacob. Canter. var. res. 4.
p. c. 16. n. 52. hoc tamen intellige, si ille ageret nomine
proprio, secus si nomine tertii, cuius ipse nullam man-
datum haberet, quia tunc non fit præjudicium tertio,
etiam scienti id, ut notant B. & omnes in d. l. sepe. Can-
cer. ubi proximè n. 51. nisi ille, tertio in iudicio præseu-
te nomine ejus comparuisset, ut egregiè innumeris re-
latis tradit Alex. in d. l. sepe n. 87. & 93. Pinel. in l. 2. p.
2. c. 1. n. 18. C. de rescind. vend. Jacob. Canter. var. res. d.
2. p. c. 16. n. 51. vidè infra à n. 277. quæ omnes doctrinæ
temperantur, & declarantur, prout declaramus eandem
infra à n. 285. cum seqq. ubi mirabiliter exponuntur
omnes, quas adduximus à n. 257. huc usque.

Quare merito sequitur, quod condemnatus respectu 274
officii, cuius nomine comparuit, & condemnatus fuit,
poterit ratione sui juris comparere, & impedire execu-
tionem ex supra dictis, & quia ubi non concurrit iden-
titas personarum rei, & causæ, non intrat exceptio rei 275
judicata, juxta l. cum queritur cum seqq. de except. rei
jud. & ibi per DD. Ab. in conf. 30. n. 2. cum seqq. Decias
conf. 96. col. 1. vers. 445. n. 45. sed si quis egi nomine ad-
ministrationis, & officii, quod gerit, condemnatur uti
administrator, ut in hospitalario dixit Rota decis. 1. post
prin. de restit. spol. in novis. Arguid. decis. 5. ante medium,
& dec. 384. & ideo si ipse non est vitiosus possessor rei, 276
lite pendente, sed ante eam possidebat, poterit ratione
sui juris impedire executionem, quia possidet, & com-
parat uti alius quilibet extraneus, privatus, & sic tunc
representat aliam novam personam; hoc est, se ipsum
uti extraneum, & particularem, licet antea factis con-
demnatus uti administrator, & hospitalarius. Ita ele-
gantur valde dixit Rota Rom. in decis. 100. ex novem
n. 4. & 5. part. 1. noviss. decis. reddens in super ratione,
quia in separabilibus potest quis representare duplicem 277
personam, & considerari tanquam alius, & non tanquam
ipse. l. si pater, §. si duo, ubi gl. & Bal. ff. de adopt. cum aliis
adductis per Aymon. de antiq. temp. 4. p. n. 142. & re-
gulariter inquit Rota eadem ibi attendi debet qualitas
sub qua fit dispositio, vel actus, & à nomine dignitatis 278
ex argumento, & à præsupposito, & à nomine dignita-
tis officii & appellatione, juxta c. quoniam Ab. & ibi
notata de off. de leg. gl. B. & alii in l. mancipii C. de ser-
vis fugiis. Signo. conf. 37. dub. 3. Ale. r. 1. l. 2. conf. 3.
n. 2. Everard. in dec. 3. n. 79. & 81. ac ideo sequitur ma-
nifestè, quod licet sententiæ condensatione sint lata cõ-
tra aliquem tanquam administratorem alicujus perso-
næ, seu Ecclesiæ, tamen quando ipse pretendit rem
possidere jure proprio, uti res patrimoniales, & uti suas
proprietas, & particulares, & probat in continenti, & ad-
mittendus est omnino, ut dicit Rota dicta elegans de-
cisio ibi sub n. 5. quæ omnino est videnda n. 21. & seqq.

Et faciunt ad propositum multæ conje- 279
per Tiraq. de retra. lignag. §. 1. gl. 9. à n. 266. cum seqq.
& supra à n. 263. fol. 70. & in noviori impress. fol. 154.
& melius n. 271. §. 5. in noviori impress. ubi quod 280
tutor curator, vel administrator, qui vendidit rem pu-
pilli, vel administrationis, potest uti consanguineus jure
proprio retrahere postmodum, nec sibi venditio à se
facta præjudicat, ubi multis doctrinis, juribus, & au-
toritatibus comprobatur, quæ nostræ conducunt.

Et in corroboracionem illud rectè facit quod supe- 281
rius diximus sub n. 245. ex Vinc. de Franc. in decis. Nea-
pol. 199. p. 1. per tot. post alios tenente, quod licet exe-
cutoriales expedite contra defunctum in interdico re-
tineantur, non possint exequi contra ejus heredem, quia
alia est possessio istius, alia defuncti, hoc procedere
D. d. d. (dixit)

(dixit) quando hæres possidet ex persona, & jure suo, aliundeque possessionem quasi it; secus tamen quando possidet ex persona, & jure defuncti, ut tunc executio locum habeat contra illum. Faciat etiam in auxilium dictæ Rotæ decisionis doctrina Alex. conf. 4. vers. inspectis n. 7. fin. vers. nec agenti l. 2. dum dicit, quod sententia lata contra unum agentem, tanquam ex alia persona, puta, administratore, prælato, &c. illi non præjudicat in judicio, quo venit ex nova persona. Alex. sequitur Card. Tusch. pract. concl. lit. R. concl. 268. n. 21. tom. 6. recte etiam convenit, quod ex Hieron. Gabriel. consil. 52. n. 9. tom. 1. diximus superius sub n. 172.

282 Præfatæ tamen Rotæ decisionis doctrina, ut competentis nomine, & interesse proprio, ad impediendum executionem sententiæ, contra eam latæ, ut administratorem, & nomine, seu respectu dignitatis, fallit ut non procedat, quando comparens nomine alieno dicit, comparere etiam pro interesse suo, quia tunc sententia lata contra principalem, etiam ipsi administratori, etiam uti privato nocet ita Alex. consil. 36. dicit quæ. lib. 1. in fin. Card. Tusch. pract. concl. tom. 7. lit. S. concl. 174. n. 43. quam limitationem ut elegantem nota.

283 Fallit etiam & secundo; quando administrator constituit litem pendente nomine Ecclesiæ, ut administrator; quia tunc postmodum ad executionem impediendam sui juris, & possessionis intuitu, audiendus non est: prout eleganter limitat dicta Rotæ decisione 100 ex novem a n. 21. & seqq. p. 1. divers.

285 Unum potest esse necessarium, quod advertit doctissimus Pinell. in l. 1. C. de bonis mater. l. p. n. 63. & præcipue 64. f. 54. col. 3. quod licet Doctores videantur innuere necessarium requiri pro forma libelli & judicii, ut pater agat, vel conveniatur expressè ea qualitate legitimi administratoris, ipse tamen putat verissimum; libellum, & judicium sustineri, licet ea causula deficiat, si in prosecutione causa deducatur, & explicantur jura litigantium, ex qua causa seu titulo, vel petantur, vel possidentur. Ex quo constabit, agens, vel defendens, an jure suo, an jure administrationis, & officii agit litemque persequitur, quam probationem aptam esse etiam ad sustinendum libellum ineptum, dicit vir ipse ex gl. quam vocat celebrem (in l. si quis argent. verbo, juranti, ff. de pos. libi, nisi postea probetur,) quam etiam extollunt DD. secundum Felin. in c. 2. num. 4.

285 vol. 2. de libel. oblatio, notabiliter Ill. in l. 1. ex n. 6. de off. accessoris, & præcipue inquit (ultra alias rationes) locum habere, ubi proceditur a tenta veritate facti, & sublati formulis.

287 Quod alterius probatur ex celebri Bartoli doctrina in l. si pupillus §. 1. col. 2. vers. si vero non dicit ff. de negot. gest. ubi docet, quod licet administrator non dicat expressim, se negotium facere administrationis nomine, si tamen expressit causam tangentem administrationem, videtur expressisse alterius nomine agere, per text. ibi.

288 ut creditorem tuum, vel pignus tuum liberet, &c. quod nota inquit B. quia ob expressionem causæ præsumitur actus fieri contemplatione, sive nomine ejus, ad quem ea spectat B. referens sequitur etiam Tiraq. in propof. de retrah. lignag. §. 10. glos. 1. & unica n. 5. fol. 347. in noviori impressione, adducens rationem legis in agris, ff. de acquir. rerum dominio, cum concordantibus.

289 Et ideo dicit Bart. in l. si fundum per fidei commissum, in princip. ff. de legis. 1. per illum text. quod si procurator dicit, ego Titius nuntio tibi, ne edifies in tali re Sempronii, vel vendo tibi talem rem Sempronii, videtur actum facere nomine Sempronii. ad quem res pertinet, non nomine suo, sequitur ibi Imol. Bart. in l. mater, ad fin. & ibi bal. C. de rei vindic. Fel. in c. cum M. Ferrariens. sub n. 2. de constitut. Tiraq. ubi supra, dicentes sufficere quamlibet demonstrationem.

290 Hinc tutor contrahendo de re spectante ad pupillum, præsumitur nomine pupilli agere, ad negotiatio-

nem ff. de administ. tutor. Bald. in l. si parvus, col. 2. c. communia utriusque judicii. Corneus conf. 27. n. 7. l. 2. Alciat. præsumpt. 14. n. 2. & in specie procuratoris idem respondit Decius conf. 77. n. 13. in fin. Menoch. tract. de præsumpt. 49. n. 5. l. 3.

Prout etiam si ipsa sententia simpliciter loquatur de persona Patris, seu nomine proprio administratoris, si tamen ex actis, & processu constet egisse ut legitimus administrator, prout rector, aut Prælati Ecclesiæ, non proprio sui ipsius (secundum ea quæ hactenus dicta sunt) ita pariter sententia administratorio nomine, scilicet, intelligenda est enim verò sententiæ dubitas declarationem, & interpretationem recipit ab ipsis actis, & processu, quibus emanavit. Corneus conf. 10. n. 2. vol. 4. Alexand. conf. 49. n. 8. l. 7. idem Graveta consil. 186. n. 5. Soc. jun. conf. 18. n. 7. o. l. 2. Menoch. consil. 89. n. 39. Seraph. dec. 354. n. 18. tom. 1. & dec. 79. eod. tom. ubi inquit, quod ambiguitas sententiæ recipit declarationem ex actis, imò etiam eam recipit à libello, ut probat Seraph. in dec. 650. n. 2. & n. 1. tom. 1. & nos pluries passim alibi altius tractavimus, nempe infra c. 2. a. n. 62. cum pluribus seqq. ubi quam plurima videbis ad propositum nostrum.

Et tunc etiam, quia sententia intelligitur lata ex qualitate, & causa in libello, deducta, quamvis in eadem sententia non exprimat, gl. in l. he enim cause de suspens. ante l. si quis ad exhibendum ff. de execut. rei jud. gl. nota in l. & puto §. 1. fam. ercisc. Bar. in l. 1. C. de errore cal. Bal. Novell. in tr. de dote n. 2. Pisan. tr. de lucro dotis in rubr. n. 39 f. mibi 26. in parvis, & comprobatur ex doctrina à Bart. in l. ita stipulatus, §. Chrisogon. ff. de verb. obl. g. in penult. col. dum dicit, quod si aliquis procurator alterius ab initio cepit agere causam procuratorio nomine, licet postea in prosecutione fiat etiam à se aliquis actus simpliciter: tamen intelligitur repetita illa qualitas, scilicet procuratorio nomine, per text. ibi cum gl. notat idem B. in l. qui servum, per illum text. ff. de interrogat. actio B. in l. procurator pro evictione ff. de procur. opum Fel. in cap. cum Ferrariens. de constitut. n. 2.

Hinc est, quod si contractus plura habeat capitula, & in uno fiat mentio officii, in aliis autem contrahentes simpliciter loquantur, totus contractus eodem modo debet intelligi scilicet reperita qualitate officii, quia illa qualitas informat omnem obligationem, Bald. in l. 297 procurator. ad fin. ff. de procur. Mantica in tract. de contract. lib. 2. tit. 1. n. 3. quoniam una pars contractus, ab alia potest declarari, arg. l. utrum, & ibi Bal. & Angel. ff. de pet. hered. & l. qui filius, de leg. 1. Decius conf. 48. col. ult. vers. 5. Purp. conf. 473. n. 20. Craveta conf. 428. n. 13. on fin. Mantica ubi proxime

Quo pertinet, quod dicit Cravat. conf. 231. n. 14. quod petens reddi rationem administrationis, res & quantitates administratas, debet specificare, quas quidem si à principio non exprimat, sed in prosecutione causæ, & hoc simpliciter absque eo, quod esse administrationis, dicat intelligitur, id fecisse ex causa administrationis, sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 3. c. 49. n. 10. Et generaliter est advertendum, quod potest conjecturari constare, quem agere, vel contrahere nomine alieno, & administrationis, ita docet Bald. in l. si parvus, n. 4. C. com. utriusque jud. Sequitur Menoch. ubi proxime præsumpt. 46. n. fin.

His conveniens est, quod licet aliis libellus generaliter & incertus non omittitur, tamen si ex perfectione cause, prout ex probationibus, & aliis actibus declaratur, & quæ actio fuerit intentata, constiterit, recte procedit, juxta gl. in l. 1. §. si quis argentum ff. de pos. Pan. & alii declarant in significatib. de libelli oblat. Franc. Ripa in c. cum Eccles. sistr. n. 19. de causa poss. & propr. Secunda regula fit, ut iis omnibus, quibus sententia & res judicata præjudicat, pariter omnia acta processus

& judicii nocent, & præjudicant, mirabiliter text. eam ita probat in cap. inter dilectos, vers. nec attelationes de fide instrum. l. sed & si possessor §. fin. §. de jure jur. melior. text. in l. Julia, C. de commiss. singularis ad hoc secundum Ill. in leg. dedic. in princ. n. 3. ff. qui satisfacere cogant. Innocent. in cap. causam quæ. 1. n. 3. de testibus, ubi Jo. Andr. col. 2. Holtiens. col. 2. Butr. n. 6. Bal. n. 2. Anchar. n. 3. Imol. colum. in princ. Aret. n. 10. Abb. n. 3. Felin. n. 26. Decius n. 5. Bart. in l. si superatus n. 4. ff. de pignor. idem Bart. in l. sapè n. 12. de re jud. & ibi Alexand. n. 123. idem Bart. & ceteri communiter Doctores in l. sicut, §. idem si rem, ff. de exceptione rei jud. & in l. 2. n. 14. vers. sed an porrigatur, C. de edendo, ubi post ceteros scribentes adnotavit Purpura. n. 127. atque Decius post Alexand. quem refert in pluribus consiliis n. 66. idem B. & DD. in l. qui repudians §. 1. n. 4. vers. nam & regula est, ff. de inoffic. testam. ubi per Doctores scribentes Matthæus Afflicti. decisi. Neapol. 396. in causa comitis n. 3. & 7.

Hinc etiam est, ut in successibus, quibus præjudicat sententia, & judicii acta, pariter instantiam ceptam, & in eodem statu, mortuo primo agente, seu deficiente transire, certissimum est ac sequens successore in eo statu subire tenetur judicium, quo à prædecessore fuerit relicto, ut in successore in beneficio, præbenda, Ecclesia, aut administratione, fideicommissio, majorata, & similibus, probat text. in l. in judicio ff. familia ercisc. B. in l. si cum hominem n. 4. vers. respondeo, ff. de fidei. Ang. & Paul. ibi n. 2. Bart. in l. 1. n. 4. ff. de Trebell. Angel. colum. vers. sequitur in textu. Ill. ibi n. 10. idem B. in l. Lucius §. rogatus ff. eod. tit. Angel. in l. tam ex contractib. n. 3. ff. de iudicis, ubi Paul. n. 5. & ceteri Doctores B. in cap. quia V. n. 3. de jud. & ibidem Butr. n. 11. Ancaran. n. 5. Socin. jun. consil. 34. n. 3. l. 4. Marcar. in Epitome de fideicommiss. q. 71. vers. sic. & de instantia. Xarez allegacione 27. n. 1. Marant. de ord. jud. part. 5. col. 275. col. 2. Rebuff. 3. part. constit. rubr. de appell. glos. unio. n. 8. latè Ant. Natta conf. 383. col. 3. per totum, & nec est necesse, ut lis sit contestata cum prædecessore, sed sufficit sola citatio, & etiam libelli oblatio. Bal. in l. 1. n. 2. C. si penden. appellacione mors. intercesserit. Angel. in l. servus vers. in aliis autem, ff. de his qui not. infam. & in l. si defunctus col. 1. vers. sequitur textus, ff. de procur. & idem (loquendo in successibus majoratus) Molina de Hispan. primog. l. 4. c. 8. n. 9. & loquendo in fideicommissariis, latè prosequitur per multas distinctiones circa hanc materiam videndus in occasionebus Marc. Anton. Peregr. de fidei. art. 53. a. n. 17. cum pluribus seqq.

Et ex eadem doctrina fluit, ut uxor possit exigere dotem (etiam promissam viro duntaxat) post ejusdem viri mortem ratione sui interesse ex eisdem actibus inchoatis cum marito, & à marito defuncto, intentant etiam in executivum, Alber. in l. manifestissimi n. 10. C. de furtis Bal. Novel. in tract. de dote, privil. 9. & 10. p. 9. Gratian. discept. foren. cap. 49. a. n. 24. quod quavis controversium sit, an uxori soluto matrimonio competat actio, ad exigendam dotem promissam soli viro; receptus est, ex æquitate competere, ut est videte ex Gratia. ibi, & Gaspar Rodr. de an. reddit. l. 3. q. 7. n. 58. ubi latè, & Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 3. part. §. 1. num. 3. maxime cum sententia lata contra maritum in bonis dotalibus, noceat mulieri etiam soluto matrimonio, nec aliquem recursum uxor habere potest. Ita post plurimos latè Anton. Gom. in l. 50. Tauri, n. 3. per totum, ubi limitat, si adit collusio, vel minus legitima defensio (ut insuper probatur ex iis quæ latè inferius 306 a num. 334. dicuntur) & an soluto matrimonio vidua, cujus maritus in vita redditus emit, quæ lucra sunt & communicanda inter ipsos, an possit illa petere executionem instrumenti, quamvis de ea mentionem non faciat, vel an sit necessarium, ut sibi ab hæredibus cedat. Salgado de Protec. Reg.

tur actiones, aut lucrorum sit facta divisio, vide latissime per Gaspar. Rodrig. de annuis redd. l. 2. q. 9. n. 67. 308

Et in beneficialibus, ut per obitum Rectoris præbendati, aut Prælati, lis non finitur, sed cæpta instantia in eodem statu transeat in successorem, determinavit Rota decis. 10. in lite pendente in novis, sequitur Gomez in regul. de annal. quest. 162. n. 4. Paul. Castrenf. consil. 339. n. 2. lib. 2. & est text. in cap. fin. ut lite pendens in 6. & in clem. 1. eod. tit. quemadmodum etiam quando instantia fuit inchoata sub nomine dignitatis, vel administrationis, non pro particulari jure, illius administratois, prælati, ad successorem in dignitate, & administratione, tunc activè & passivè transit, cap. dilecti de foro competent. Abb. in cap. quia V. de jud. ubi Decius n. 8. plures adduxit concordantes Marc. Ant. Perreg. de fideicom. art. 33 sub n. 25. & n. 28.

Tertia sit conclusio, ut plerumque sententia inter alios lata jus inter alios faciat, aliis prodesse, ac nocere contingit ex propria vi, & natura ejusdem absque aliqua scientia accedente, prout executoriales expeditæ contra illos, quos negotium principaliter tangit, aut principaliter interest, quique primum locum obtineant, & ad quos actio, vel defensio principaliter spectat, præjudicium successoribus, quos negotium, vel secundariò, accessoriè, incidenter aut in consequentiam tangit, etiam non vocatis, nec citatis, in vitis, scientibus; aut ignorantibus præjudicare, damnumque generare, certi est juris, tunc siquidem lis tractatur cum legitimo contradicatore, à quo aliorum jus in eadem ac de rivatur, aut oritur, quique primas obtinent in eadem controversia partes, text. est in l. quamvis, vers. denuntiare, & vers. denuntiare, ff. de ventre inspic. l. ex contractu ff. de re jud. l. si Patron. ff. ad Trebell. l. si superatus, vers. atqui, ff. de pignorib. l. Papinian. §. fin. & in l. qui repudians ff. ad Trebell. l. si sui putavi, in princ. ff. de inoffic. test. l. de unoquoque judicio, ff. de re judicat. ubi mirabilis gl. & ibi Angel. Imol. & Alexand. Bart. in l. diem ff. de aqua pluvia arce. n. 1. Baldus in leg. nam ita dicitur in princ. de adoptionib. & in l. si curatoris, ff. de jure deliber. Angel. Imol. & recentiores in l. filiusfam. §. divi ff. de leg. 1. gl. singular. Domini in cap. fin. de electione lib. 6. latè Alexand. n. 66. visis dubitationibus col. 1. & 2. lib. 2. cons. 85. ponderatis his, col. ult. lib. 6. vocans illam glos. mirabilem, Barba. consil. 1. col. 3. lib. 2. Felin. in cap. de causis col. 4. de off. de leg. & in cap. illa de accusat. Ill. in l. rescriptum col. 2. vers. 2. moveor ff. de pactis, & latius in l. si quis nec causam col. 2. ff. cert. petat. Philipp. Decius consil. 567. viso puncto, col. ult. Rom. in l. in concedendo n. 6. ubi Paul. n. 2. ff. de aqua pluvia arce. Raph. Cuma. in l. filiusfam. §. divi col. 1. vers. nota quod, ff. de legat. ubi Ill. n. 47. lectura 1. & n. 51. lect. 1. Ripa n. 61. Loazes n. 126. Crotus n. 38. Imol. in l. decem. n. 6. & ibi Ill. §. ff. de verb. oblig. Alber. in l. penult. col. 4. dona inter vir. & uxor. Oldrad. consil. 95. n. 18. Tiraq. de primogeniis q. 35. n. 17. Berolius decis. 255. col. penult. ad med. Anchar. in cap. licet devoto. Alex. in l. sapè, n. 1. ff. de re jud. Jacob. à S. Georgio de feudis verb. & disti. vassalli nu. 33. Curtius junior consil. 23. nu. 8. Felin. plures referens in cap. exhibita n. 1. de judic. Alciat. responso 493. n. 33. Mazar. in Epitome de fideicommiss. q. 72. vers. sed advertendum erit. Aug. Berol. consil. 102. n. 46. & 47. vol. 2. Ozascus decis. Pedemon. 157. n. 1. usque ad num. 6. Cephal. consil. 228. n. 22. lib. 2. Xarez allegacione 27. n. 3. Mol. de primog. lib. 4. cap. 8. n. 3. (ubi loquitur de sententia lata contra possessorem majoratus, ut præjudicet successoribus.) Antonius Gomez in l. 40. Tauri n. 73. Covar. in practit. questio. cap. 13. n. 6. Mench. de success. creatione lib. 1. §. 6. n. 28. Capicinus decis. 107. & loquendo etiam in feudalibus, majoratibus, & fideicommissis, exactissime optimeque doctiss. Pinell. in leg. 1. part. Cod. de bon. ma. a num. 48. Padilla in l. unum ex familia §. si de falcidia num. 14. Gregor. D d d 2 Lopez